

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 31. De Christi ad Pilatum deductione; & Iudæ suspensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

MEDITATIO XXXI.

DE CHRISTI DOMINI
ad Pilatum deductione, & in-
felici Iudæ morte.

P V N C T V M I.

a Luc. 22.
66.



T a vt factus est dies , conuen-
runt Seniores plebis , & Princi-
pes Sacerdotum & Scribe, &
duxerunt illum in concilium , sa-
dicentes : si tu es Christus dic nobis . Et ait illis
si vobis dixero , non credetis mihi : si autem &
interrogauero , non respondebitis mihi , neq; di-
miseritis . Ex hoc autem erit Filius hominis : se-
dens a dextris virtutis Dei . Dixerunt autem
omnes : Tu ergo es Filius Dei ? Qui ait : vos dicitis , quia ego sum . At illi dixerunt : quid ad hoc
desideramus testimoniūm ? ipsi enim audiremū-
de ore eius .

I.

P E R P E N D E N D V M e s t h i c p r i m u m ,
quàm fuerit in votis , ut hæc dies illucesceret
tam ipfi Christo Domino , quàm eius hostibus
diuersa licet mente ac fine : nam Christus
diem desiderabat , quia in eo erat Redemptio-
ni mundi finem impositurus ; quem diem à tri-
ginta tribus annis expectauit , & ut proprium
suum habebat , quatenus , quidquid ille opa-
bat , in bonum nostrum cedebat : hostes autem

eius

eius cupiebant diem illucescere, ut perueriam suam mentem ac desiderium, Christum crudeliter occidendi, citius adimplerent: ideoque confessim, hoc est summo mane, ad suum cōcilium redierunt. Ex quo affectus deducam gratitudinis ad Christum Dominum nostrum, ob eius desideria videndi hunc diem; confusio-
nis verò & pudoris, attendens, quām sint im-
pi diligentes ad malum, & quām impigri ad
furgendum, vt propriam expleant peruersam
voluntatem: ego contrā tardior & incuriosus,
inexplenda diuina.

b Marc. 15. 1.

D E I N D E perpendenda est malitia & astu-
dia, quam ostenderunt isti Scribæ & Seniores,
in proposita Christo quæstione; vt, quidquid
ille ad eam responderet, caperetur: si enim ne-
garet, se esse Christum, dixissent, ipsum sibi es-
se contrarium; & hac ratione se ipsum con-
demnare, vt qui prius habuerit se pro Chri-
sto: sin verò fateretur se esse Christum, rati-
ficando quæ anteā dixisset, assequerentur ipsi
quod opeabant, vt illum condemnarent.

S E D multo amplius perpendenda est Chri-
sti Domini nostri, in suo responso admiranda
prudentia, modestia, & mansuetudo, simul que
spiritus libertas, cum iam secundò verbum
illud adiecerit: *Ex hoc erit Filius hominis se-
dens à dextris virtutis Dei*, vt illis timorem
ineuteret, & nos intelligamus: vt eius humili-
ationes habuerunt felicem exaltationis ex-
itum, ita nostras habituras, si illum imite-
mur.

D E N I-

II.**III.**

IL

DENIQUE, alia multo, mente, quam
hi profligatissimi Proditores habuerunt, vi-
dens ego Christum Dominum nostrum, mul-
tis grauiissimè illius noctis afflictionibus adeo
defatigatum, interrogabo: si tu es Christus
num, mi I E S V, tu es Christus? tu es Meis-
Filius Dei viui? splendor gloriae æterni Pa-
tris? & figura substantie eius? imago inuisi-
bilis Dei. Quod si tu es, sicut revera es, quo-
modo facies isti tua adæd est defoedata? quo-
modo tot spiritus deturpata? quomodo ro-
liuoribus obscurata? quis te sic tractuit, ab-
que ullo, ad venerandam tuam personam, re-
spectu? Mea, mea peccata, horum omnium
sunt causa, charitas vero tua haec insigia ful-
cepit, ut testimonio essent, quod tu sis Christus, filius Dei viui, qui in mundum veneris,
ut eum redimeres: neque enim alius, quam
Christus, ferre potuisset tot cruciatus, tanto
que amore, propter peccata, quæ ipse non fe-
cit; & quoniam tu ea suffers, tu Christus meus
es, Deus meus, & Saluator meus, cui sit glori-
ia sæcula. Amen.

PUNCTVM II.

RESPONSO illo Christi auditu, & fa-
cto à Senioribus decreto, de illo in mor-
tem tradendo, a exsurgens omnis mul-
tudo eorum, b vincentes iterum Iesum, dux-
erunt illum, & tradiderunt Pontio Pilato pra-
fidi.

a Luc. 23.1.

b Marc. 15.1.

b Matt. 27.1.

I.

IN hoc tertio tribunal siue Statione, ad quam Christus fuit deducetus, est Primo considerandum, quod Status Ecclesiasticus Iudeorum, manifestus Christi hostis, sententiâ suâ illum relaxauerit brachio seculari, tradens illum Pilato, Praesidi pro Romanis; ut crudelius ille mortis sententiam in illum ferret, parvam existimantes esse penam, qua ipsi eum asticere poterant; optabant enim, crudelissima illum morte macellari: ita disponente prouidentia diuinâ, ut simul Iudæi & Gentes, conuenirent ad inferendam ei mortem, qui profolute omnium mori volebat. O dulcis Iesu, si tu æ gentis homines, in quos tot beneficia contulisti, sic tecum agunt, & te condemnant; quid ab extraneis sperandum est, qui te non nouerunt? sed tu Domine, paratus es ab omnibus persecutionem pati; ut omnibus adferas salutem: mors enim tua est vita nostra, & tua haec in concilio impiorum damnatio, erit salvatio nostra, in conspectu Dei in æternum. Amen.

DEIN DE perpendenda est crudelitas illa, qua Christus Dominus noster, per plateas illas Hierusalem, magnis militi & ministrorum clamoribus & vociferationibus ducebatur; plurima ad spectaculum concurren- te turba, quæ tunc temporis, intuitu festi Agni Paschalisi, innumera in ciuitatem confluxerat. Deducebatur bonus noster Iesus, ligatis manibus, celeri gressu, sed vultu tamen modesto, graui & mansueto; qui se ab illis

II.

tygri

tygridibus deduci sinebat, absq; vlla resista-
tia, simul tolerans contemptus & opprobri-
quæ illi obijciebantur, maiori multo ignomi-
nia, quæm nocte præcedenti: nam die clara-
mnes eū videre, & agnoscere poterant; & cum
intelligerent, omnia illa fieri, præscripto suo
rum sacerdotum, quos etiam non longe ab ip-
so pergere videbant, nemo ausus est contradic-
cere: potiùs omnes contra vinclum ipsum ob-
mabant. Gratias tibi, bone Iesu, ob gressu-
tuos omnes, quos à domo Caiphæ, usque ad Pilati
Prætorium fecisti, & ignominias, quas in
illo itinere es perpeccus: per quas oro supplex
mihi remitti peruersos omnes gressus, quos
feci ad te offendendum, eosq; in posterum di-
rigas, ut in tuum rectâ tendant obsequium.

PUNCTVM III.

Matth.27.3.

TVNC videns Iudas, qui eum tradidit
quod IESVS in concilio Sacerdotum
damnatus esset ad mortem; eumq; pro-
pterea ad Pilatum deduxissent, ut ille eam ap-
probaret, & executioni mandari iuberet, pa-
nitentia ductus, retulit triginta argenteos Pri-
cipibus Sacerdotum & Senioribus, qui tunc in
templo ministerijs suis vacabant, dicens: pe-
caui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt
quid ad nos? tuum erat, antequam faceres,
cogitare: nunc autem, tu videris; & ille pro-
iectis argenteis in templo recessit, & abiens la-
queo se suspendit.

PER

PERPENDENDVM hic primò , Dœmonem excæcare oculos peccatoris ; tēpore, quo peccātū admittit, ne, culpæ turpitudinē aspiciens, eam fugiat ; post admissum verò peccatum, aperire illos, & culpā admissam ad o exaggrare, fœdamq; reddere, vt p: z pudore incidat in desperationē, sicut accidit Cain b qui **b Gen. 4. 13.** desperans, dixit ad Dominum: maior est iniquitas mea quam vt veniam merear , aut misericordiam. Ego verò, Deus meus , et si agnosco, culpæ meæ magnam esse turpitudinem, simul tamen confiteor, maiorem tuam misericordiam: propter quā am confido, veniam obtine-
re; quam non sum promeritus : sciens c volun-
tati tua non esse mortem impij sed vt convarta-
c Ezec. 18. 23.
tur à vījs suis, & viuat.

DE INDE perpendendum, Iudam quidem cepisse agere pœnitentiam , & eius tres par-
tes exercere; nam dolorem habuit internum,
quia pœnitentia ductus; & confessus est suū pec-
catū satis distincte, quia dixit: peccavi tradens
sanguinem instum; satis fecit quoque , pretium
retinuens, quod iniustè acceperat, quia proie-
ctus argenteis in tēplo recessit : sed nihil illi hæc
profuerunt : quia eius pœnitentia non fuit re-
cta. Nam neq; dolor fuit verus ; nec facta con-
fessio fuit cui oportebat ; nec spem habuit ve-
niā obtinendi. Ex quo accipiam documen-
tum, vt attendam, ne pœnitentia mea sit ficta:
non enim sufficit dicere, vt Iudas dixit: pecca-
vi; sed sicut Dauid, cui, d cum dixisset: peccavi d 2. Reg. 12.
Domino, statim Deus remisit peccatum, asse-
13.

rente Propheta Nathan: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum: quia & contrito fuit insignis; & fiduciae coniuncta.

III.

Isai. 42.3.

TERTIÒ perpendenda est horum Iudeorum obstinatio, & Sacerdotum crudelitas quidientes discipulum poenitentem, & cōfitem-
tem Magistri sui, quem ipsis tradiderat, inno-
centiā; ipsi nihilominus in sua impietate pes-
tunt, quid, inquiunt, ad nos? quod ipse sit inno-
cens, aut tu, eum tradendo, peccaueris: respe-
xisses prius, quid faceres. Qua morosa respon-
sione, occasionem illi dederunt desperand.

Ex quo apparet, quam sit periculose, non en-
cipere humaniter & benevolē peccatores, cā

aliquid poenitūdinis indicium insinuant: Et

enim valde alienum ab spiritu Domini nostri,

de quo scriptum est, quod linum funigans, &

in quo vel aliquid est luminis, non extingue-

sed potius accommodabit, vt viuat, & plenum

lumen concipiatur.

QuARTÒ perpendendum, iustum Dei iudi-
ciū, quo hunc proditorem, ita exigentibus ei
peccatis, deseruerit, permittens, eum nec apud
homines consolationem; nec in sua pecunia
quietem ullam inuenire: quin potius ut ipsa
pecunia esset ipsius carnifex, & expletum de-
siderium, tortor & vexator: & maiorem in ei
retinenda anxietatem sentiret, quām habuerit
eam recipiendo, voluptatem; ideoque à se illa
proiecit: nec tamen habuit animam ad Deum
confugiendi, nec ad suum Magistrum, vt facili-
sui veniam ab eo peteret; sed à sua potius con-

scienc-

IV.

scientia tortus, & instigatus a Satana; non auctor Christi ipsius resurrectionem (cuius aliquam notitiam habebat) expectare, statuit se ipsum suspendere: ut in hoc infelici homine, omnes agnoscamus, quanta sit avaritiae poena, iactura scilicet ipsius pecuniae, & vitae, ac felicitatis aeternae: quam poenam describit S. Petrus, dum ait: *f. Et hic quidem possedit agrum f. Acto. 1. 18.* de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Ed quod non habuerit misericordiae viscera ad ipsum Christum.

DENIQUE perpendam, quid senserit CHRISTVS ob discipuli huius infelicitatem & damnationem, qui paratus erat, pœnitentem ipsum recipere; si, ut accessit templi Sacerdotes, ad ipsum pœnitens ac dolens confugisset. O benignissime Redemptor, qui nullum peccatorem, etiam peccatis onustissimum, ad te, redeuntem repellis, siquidem adeo fers grauiter eorum, qui tui erant, perditionem & condemnationem; ne me Domine deseras: si enim me deserueris, in Iudicamentium & deliramentum facile incidam; neque enim ullum malum aliquis homo facit, quod non possit alius facere, si manum tuam abeo retrahas.

PUNCTVM IV.

PRINCIPES autem Sacerdotum, accepti a Matt. 27. 6
argenteis, dixerunt: Non licet eos missere in

Z 2 corbo-

V.

corbonam, siue cistam templi; quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illius agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.

I.

PERPENDENDA hic primum est, hinc horum Sacerdotum hypocrisis; inde vero De bonitas, qui secreto suo instinctu, ad hoc consilium & electionem eos permouit; ad significandum, Christi Domini nostri sanguinem ex iugno fructui futurum Sacerdotibus templi, & ijs, qui eos sequerentur; futurum tamen premium, quo requies æterna ijs compararetur, qui in hac vita se gerunt, tanquam peregrinos versus illam.

II.

PERPENDENDVM deinde eodem factio ostendisse Christum Dominum, suum ergo pauperes amorem; dum sanguinis sui pretium, voluit cedere in remedium & sepulturam ipsorum; nos hac ratione permoueras ad opera misericordiarum, etiam noster sanguinis propriea sit exponendus. O dulcis IESV, siquidem adeo nos diligis, ut, quidquid ad te pertinet, velis in utilitatem nostram conuerti; respice paupertatem meam, & sanguinis tui pretio, illi subsidium adfer; ut viuens sic ut peregrinus in hac vita, propperem ad alterius æternam requiem.

(.:)

MEDI